



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 2. Nonnullorum ad hoc Concilium concursus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

Sæcul. XV. suis a Romanæ Sedis communione avul-
A.C. 1431. sæ, rursus eidem unirentur, atque uni-
 versalis Ecclesia tam in Capite, quam in
 membris ad veterem disciplinam revoca-
 retur. Evidem hæc morum instaura-
 tio jam in Constantiensi Concilio perfici
 debuisset; occurrentibus tamen pluribus
 obstaculis alibi recensitis in proxime fu-
 turam remittebatur Synodum, quæ haud
 alia erat, quam Senensis, cuius supra
 meminimus. Attamen & illa ob tumultu-
 s a seditionis quibusdam importune su-
 scitatos optato caruit successu. Ergo
 denuo aliud expectandum erat Conci-
 lium; & hoc est ipsa Basileensis Synodus;
 quæ cum non nisi ea, quæ Constan-
 tiense Concilium decreverat, executioni
 dederit, illius complementum, ac velu-
 ti rivus a suo fonte scaturiens, merito
 reputanda est.

§. II.

*Nonnullorum ad hoc Concilium
 concursus.*

Unanimi igitur consensu Basileensis ci-
 vitas ad congregandam hanc Syno-
 dum feligitur. Jamque quarta mensis
 Martii die Viceliacensis Abbas Ordinis
 S. Benedicti ex Aduana seu Augustodu-
 nensi Dioecesi Basileam venerat, Synodo
 interfuturus. Ast diu nequidquam ex-
 pectatis

*Acta Patric.
 Hist. Conc.
 Basil. tom.
 XIII.*

pectatis iis, qui vocati erant, ipse Cano-Sæcul. XV.
nicos, Clerum, pluresque alios congregat, A.C. 1431.
illisque hæc proponit: Jam septem & ^{Fascic. ver.}
amplius anni præteriere, ex quo Senense ^{expet.}
Concilium celebratum fuit, juxta cuius ^{An. Syl.}
decreturn tempore per Constantensem ^{ep. I.}

Synodum præstituto Basileense Concilium inchoandum foret; igitur termino jamjam elapso, & Prælatis contra datam fidem necdum comparentibus, ego illorum absentiam supplere paratus, interim unacum illis, qui præsentes adsunt, initium Synodo dandum existimo, palamque profiteor, mihi haud imputari posse, si sacrorum Conciliorum decreta effectui non dentur. Placuit ceteris omnibus pia Viri voluntas, displicuit tamen res ipsa, utpote quam eo tempore ad exitum deducere, prudentiæ Regulis minus consonum esset. Sub idem tempus Parisiensis Universitatis Delegati advenerant, datæque fuerunt literæ ad Sigismundum, aliosque Germaniæ Principes, ut & ipsi suos Oratores ad Concilium ablegare, haud ultra cunctarentur.

§. III.

Synodi initium.

Spond. ad

Interea die decima nona Maji Joannes ^{an. 1431.}
Polemarus, & Joannes de Ragusis, qui ^{n. 13.}
bus Julianus Cardinalis, ut supra memo- ^{Lib. CV.}
ravi- ^{§. 88.}

A 2

ravi-